

Deo, de quo scriptum est in libro Danielis quod “ipse revelat profunda et abscondita, et novit in tenebris constituta.”

Incipit secunda pars huius tractatus de difformitate successivorum

[II.i] Capitulum primum de duplici difformitate motus

5 Omnis motus successivus subiecti divisibilis habet partes et est divisibilis uno modo secundum divisionem et extensionem seu continuitatem mobilis, alio modo secundum divisibilitatem et durationem seu continuitatem temporis, tertio modo saltem ymaginative secundum gradus et intensionem velocitatis. A prima autem continuitate dicitur motus magnus vel parvus, a
10 secunda brevis aut longus, a tertia velox aut tardus. Habet itaque motus duplicem extensionem, unam subiectivam et aliam temporalem, et habet unam intensionem. Due autem extensiones possunt ymaginari quodam modo orthogonaliter seinvicem ad modum crucis intersecare, ita quod extensio durationis diceretur longitudo et extensio subiectiva vocaretur
15 latitudo, intensio vero posset vocari altitudo ipsius motus seu velocitatis. Sed si iuxta premissa in 3^o capitulo prime partis intensio velocitatis appellaretur eius latitudo, tunc utraque extensionum ad intensionem comparata poterit dici longitudo et sic velocitas habebit duplicem longitudinem sicut habet duplicem extensionem, et in utraque istarum extensionum potest in-
20 tensio velocitatis multipliciter variari. Et quoniam difformitas oritur ex eo

28 *post Danielis add. [G] 3^o (!) capitulo*
28–29 *de ipse...constituta scr. mg. B in (?)*
Danl' 2 et mg. A Daniel 28 (!) | et abs-
condita om. B [P]

29 *et om. L | et...constituta om. [C] sed add.*
et sic est finis illius capituli et per conse-
quens totius tractatus | post constituta add.
[E] Explicit prima pars huius tractatus
deo gratias et add. [PFM] Explicit prima
pars huius operis et [A] explicit prima
pars et [N] Et sic finitur prima pars prin-

cipalis et [G] Explicit prima pars de inten-
sione qualitatum

Tit. et II. i: BVL

1–3 *Incipit (om. L)...successivorum BL[A]*
om. V[N] Incipit secunda [FMP] Secun-
da pars de figuratione et potentia successi-
vorum [G] Secunda pars particularis mg.
[C] Incipit pars secunda [E] secunda pars
mg.[S] Secunda pars [J]

4 *duplici om. L*